

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Sacra anaphonesis per viginti quatuor offertoria de
tempore et sanctis in 2 partes distributa**

Rathgeber, Valentin

Augustae Vindelicorum, 1726

Ad Philomusum

urn:nbn:de:bsz:31-36492



Ad Philomusum.

 FFertoria offero tibi Benevole Philomuse viginti quatuor, quasi totidem citharas, quibus viginti quatuor Seniores Apocalyptic cantabant Agno immaculato canticum novum. Ut tu iisdem glorifices, laudesque Viventem in Sæcula Sæculorum. Apocal. 5. v. 7. & 8. Si hanc meam secutus fueris intentiōnem, agratulabor labori meo; cui minimè alias (quām vehe-
mentē etiam Bibliopola, pluresque Musices Amatores compule-
rint magis, quām rogārint) manum admovissēm. Utē ergō iis
ad Dei gloriā tam in festis Domini, quām Sanctorum, eaque
producēdo tuum benē instrue Chorum Vocalistis, Chelistas du-
plica, uno ad minimum concomitante Violoncello. Tubas, vel
Cornua ex diversis clavibus ad libitum adhibenda censui, ut nec so-
lennitatibus desit applausus, nec ex tubarum defectu manca sit tua
Musica; quam si brevem optas, in finali ante ultimam Vocem So-
lam desinas. Tuo id relinquo beneplacito; meaque Offertoria
benevolo accipe judicio: quod si forte nimis criticum foret, scito:
Nec pro crisi tuā esse composita, sed pro Dei gloriā; quæ si per ea
promoveatur, meus adimpletus scopus est. Critico placere no-
lo: Neque proptereā, quia Critico displicant, omnibus displicant.
Ede tua, & illa non omnibus placebunt; Artificio etenim summo
Composita Musica non singulis placet: an proptereā pretium per-
dit? Scilicet nihil est ex omni parte beatum. Consonantem Ego
meditatus sum harmoniam pro gloriā Dei: Tu si plura in istis re-
quiras offertoriis, falleris omnino, quia Ego ipse plura meditatus
non sum. Si nec hoc sufficit crisi tuæ? quare tuo sapidiora
gustui; nec invideo; sed opto, ut invenias,
& Valeas.



Index